

Copia, y traslado del Breve que su Santidad dio en favor de su Magestad, para que el Estado Eclesiastico pague tributos, sisas y millones de todos los mantenimientos por termino de seis años, que comenzaron a primero de agosto ... quarenta y quatro... / El Breve ... dado en Roma el 23 de dicimebre de 1644.

[Madrid] : [s.n.], 1650.

Signatura: FEV-AV-CAJAS-02650

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente



COPIA, Y TRASLADO DEL BREVE

que su Santidad dio en favor de su Magestad, para que el Estado Ecclesiastico pague tributos, sisas, y millones de todos los mantenimientos por termino de seis años, que començaron a primero de Agosto del año de quarenta y quatro, y se cumplen a primero de Agosto de ste año de mil y seiscientos y cinquenta años.

BENNOCENCIVS PP. X. Charissimo in Christo filio nostro, salutem, & Apostolicam benedictionem ad vniuersalis Ecclesie regimen, mentis, licet imparibus, inscrutabili diuinæ prouidentie iudicio vocati, piorum, & de orthodoxa fide, sanctaque Sede Apostolica optimè meritorum Regum votis libenter annuimus prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis conspiciamus, in Domino salubriter expedire. Cum itaque sicut Maiestatis tuæ nomine nobis nuper expositum fuit Laici subditi tuorum Regnorum Castellæ, & Legionis in eorum Comitijs, seu Curijs infra scriptum subsidium Maiestati tuæ præstare promptè obtulerint, & ad prædictum effectum consenserint impositione gabellarum, seu sisarum super vino, aceto, oleo, & carne, scilicet octauæ partis specierum, vel prætij vini, aceti, & olei, ac vltra sisas super carne antea impositas, & trium Regalium pro quolibet capite pecudum, triumque mora petinorum pro qualibet libra carnis, quæ minutatim venditur, sexdecimque mora petinorum, pro qualibet mensura (Arroba nuncupata) vini sisati, alteriusque mora petini, pro qualibet mensura (Açumbre nuncupata) vini etiam sisati, ac sexdecimi mora petinorum pro qualibet mensura olei (arroba nuncupata) ac quatuor mora petinorum pro qualibet libra candela-

A tum



rum de sebo, ac saponis, vel alias verioribus quantitati-
bus impositarum, & auctarum, quæ sunt exigendæ, &
percipiendæ, durante sexennio incepto à prima die men-
sis Augusti præsentis anni M. DC. XLIII. nempe pro
summa decem, & nouem millionum, cum dimidio alte-
rius millionis, ad rationem trium millionum, & ducen-
torum quinquaginta millium ducatorum monetæ His-
paniæ quodlibet anno prædicti sexennij soluend. ex præ-
dictis gabellis, & sisis super prædictas rerum species (vt
præmittitur) impositis, & auctis ita, vt omnes, tam lai-
ci, quàm Ecclesiastici prædictorum Regnorum non so-
lum ementes, & vendentes, sed etiam illi, qui prædi-
ctas rerum species percipiunt, ex proprijs terrenis, vel
affictibus, aut respectiuè emunt in vuis, vel oliuis, seu
colligunt pro decimis, aut etiam dono accipiunt, seu
aliàs ex quouis alio reddito, & introitu habent, & con-
sumunt, ita vt omnes laici cuiuscumque gradus, status,
conditionis, & præminentiae ad id subsidium contri-
buere, ac gabellas, & sisas huiusmodi dissoluere deberēt,
neque vllus laicus immunis esset, aut exemptus: Eccle-
siastici quoque eorundem Regnorum, si & postquam
nostra, & huius Sanctæ Sedis licentia, seu approbatio
accesserit, in subsidio huiusmodi, scilicet in prædictis
gabellis super eisdem speciebus impositis, & auctis
contribuere, gabellasque, seu sisas prædictas iuxta litte-
rarum nostrarum in forma Breuis super prædicta licen-
tia, seu approbatione expediendarum, formam, conti-
nentiam, & tenorem, persoluere deberent. Id circo pro
parte eiusdem Maiestatis tuæ fuit nobis humiliter sup-
plicatum pro approbatione oneris Cleri, Ecclesiarum,
locorumque piorum, & personarum Ecclesiasticarum
ad contribuendum in prædicto sexennio incepto à præ-
dicto mense Augusti proximè præteriti, & vt sequitur,
vsque ad mensem Augusti M. DC. L. finiendo in præ-
dictis sisis, & gabellis, iam, vt præmittitur, impositis,
&

*Comença primero de
Agosto de quarenta y
quatro, y acaba a pri-
mero de Agosto deste
año de cincuenta.*

& auctis, pro solutione prædictorum millionum decem, & nouem, cū dimidio alterius millionis: attento, quod, vt Maiestas tua asserit, hætenus actum fuerit, & de præfenti agatur de communi defensione, & interesse, tam laicorum, quàm Cleri Ecclesiarum, locorum piorum, & personarum Ecclesiasticarum prædictorum Regnorum, quodque facultates laicorum, ad summam prædictam conficiendam, ea, qua expedit celeritate infra tempus opportunum, non sufficerent. Nos igitur, nedum promptam, & obsequentem eorundem laicorum subditorum tuorum erga te oblationem, sed etiam Maiestatis tuæ, erga fidem Catholicam zelum commendantes, ac ad ingentes sumptus, quibus Maiestas tua, ob assidua, quæ pro defensione Fidei Catholicæ, tuorumque Regnorum, & Dominiorum iugiter in pluribus Orbis partibus sustinent, bella, paternæ dirigentes considerationis intuitum, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præuia etiam, quatenus fores opus, respectu forsam exactorum, scilicet à prædicta prima die Augusti præsentis anni, absolute à quibuscumque censuris, & pœnis, quam tenore præsentium concedimus: volentes Maiestatem tuam favore prosequi gratioso, Clerum, omnesque, & singulas Ecclesias, loca pia, personasque Ecclesiasticas, tam seculares, quàm cuiusvis Ordinis, etiam exempti, etiam Societatis Iesu, & Apostolicæ Sedi immediate regulares: nec non Monasteria vtriusque sexus, Conuentus, & Collegia, ac Capitula quarumcumque Ecclesiarum Regnorum Castellæ, & Legionis prædictorum, ac in eisdem Regnis commorantium, & respectiue consisten, ad conferendum, & contribuendum pro eorum rata, ad instar laicorum, in dictis gabellis, seu sisis, quoad prædictam summam dumtaxat decem, & nouem millionum cum dimidio alterius millionis prædictorum ducatorum mo-

netę illorum Regnorum , mediante , ſcilicet , ſolutio-
 ne prædictarum gabellarum , ſeu ſifarum in prædicta
 quantitate tantum , & ſuper prædictis rerum ſpeciebus
 dumtaxat in dictis Regnis colligendis , & contummen-
 dis , vt præmittitur , impositarum durante prædicto ſe-
 xennio dumtaxat à mense Auguſti proximè præteri-
 ti , vt præfertur , inchoato , & vt ſequitur finiendo , & non
 ultra teneri , & obligatos eſſe : ¶ Non tamen quo
 ad prædictas rerum ſpecies , quas Clerus , Eccleſiæ , & lo-
 ca pia prædicta , ac perſonę Eccleſiaſticae prædictę ex
 proprijs terrenis , ſeu decimis , aut alijs quibuſcumque
 redditibus proprijs , per ſe , vel alios etiam affictuarios ,
 ſuos , vel etiam ex elemoſynis percipiunt , & pro diuino
 cultu , ſeu proprijs , vel familiarum ſuarum uſibus con-
 ſumunt , pro quibus omnino immunes , & exempti ſint :
 & elapſo prædicto ſexennio , exactio reſpectu Eccleſia-
 ſticorum ceſſet : & nullatenus quouis pretextu , vel cau-
 ſa continuari poſſit : etiam , ſi integra ſumma prædi-
 ctorum decem , & nouem millionum , cum dimidio al-
 terius millionis huiusmodi , adhuc non fuiſſet exacta :
 quodque ſi ante Sexenij huiusmodi finem , ſumma de-
 cem , & nouem millionum cum dimidio alterius mil-
 lionis ducatorum huiusmodi confecta fuerit , Eccleſia-
 ſtici prædicti amplius contribuere , & dictas gabellas ,
 ſeu ſiſas , vt præmittitur , ſoluere non debeant , ſed præ-
 ſens gratia expiret : nullaque ſit , eo ipſo . ¶ Quodq ;
 Clerus , Eccleſiæ loca pia , & perſonę Eccleſiaſticae præ-
 dictę , durante prædicto ſexennio nõ poſſint grauari ra-
 tione cuiuſvis alterius noui augmenti prædictarum ga-
 bellarum , & ſifarum ſuper eiſdem , ac nouæ impositio-
 nis aliarum gabellarum , & ſifarum , ſuper quibuſcum-
 que rerum ſpeciebus . Nec etiam pro portionibus , ju-
 ros nuncupatis de laicorum tantum conſenſu aliàs ere-
 ctis , & impositis eorumque fructibus (ita tamen , quod
 non eximantur à præſenti contributione , vel in aliqua
 illius

*Ningun Ecclēſiſtico,
 aſi Clerigos, y Religio-
 ſos, como Monjas deue
 pagar tributos, ſiſas,
 ni millones de los fru-
 tos de ſus haziendas
 propias, ni de ſus ren-
 tas; ni de todo aquello
 que es para el culto di-
 uino.*

*Y ſon libres de todo
 genero de tributos, ſi-
 ſas, millones, y nueuo
 impueſto todo genero
 de limoſnas que ſe dan
 a los Ecclēſiſticos que
 uiuen dellas.*

illius parte iuxta formam aliarum nostrarum litterarum super aliorum exactorum absolute expeditarum sub die hesterna) nisi, si & postquam beneplacitum nostrum, seu à successoribus nostris, concessum fuerit: aliàs in quolibet casu contrauentionis, quilibet contraueniens, eo ipso absque alia declaratione sententiam excommunicationis maioris incurrat, & ad restitutionem illius, in quo excesserit, teneatur, tenore earundem præsentium decernimus, & declaramus. Volentes etiam, quòd omnes, & singuli Ecclesiastici prædicti soluere recusantes, opportunis, & facti remedijs per ordinarios Ecclesiasticos locorum tantum ad solutionem huiusmodi cogantur, non autem coram iudicibus laicis, siue exactoribus earundem gabellarum, siue sisarum, neque quibusvis alijs iudicibus laicis, aut Ministris sub pœna excommunicationis maioris, aut alijs pœnis à Sacris Canonibus, & constitutionibus Apostolicis inflictis, & comminatis ipso facto, sine alia declaratione incurrendis (à quibus, à nemine præterquam à nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente absolui, etiam vigore quorumcumque priuilegiorum Apostolicorum, etiam Cruciatæ sanctæ nequeant) conueniri nullo modo possint, seu debeant, sed à prædictis ordinarijs Ecclesiasticis tantum ad solutionem huiusmodi compelli valeant, quibus ordinarijs sub interdicti ingressus Ecclesiæ, ac suspensionis à Diuinis, necnon omnibus, & singulis eiusdem Maiestatis tuæ Officialibus, & Ministris cuiuscumque status, gradus, conditionis, dignitatis, & præminentia fuerint, ac alijs quibuscumque etiam speciali nota dignis, etiam Apostolicæ Sedis Delegatis, & Commissarijs, etiam Cruciatæ prædictæ, cæterisque omnibus alijs ad quos quomodolibet spectat, & pro tempore spectabit sub prædictæ excommunicationis maioris pœna, vt præmittitur, eo ipso incurren-

da districtè præcipiendo mandamus, vt Diuini iudicij memores, ne Ecclesias, & alia prædicta, ac Clerum, & Ecclesiasticos indebitè, neque vltra præter, aut contra continentiam, & tenorem præsentium nostrarum litterarum grauent quomodolibet, nec à quoquam grauari permittant, & ne dum contra quoscumque contrauenientes, & quomodolibet in obseruantes ad sententiarum censurarum, & pœnarum prædictarum declarationem, & promulgationem respectiue, sed etiam contra eosdem Ecclesiasticos, & Regulares, etiam exemptos, nobisque, & Apostolicæ Sedi immediatè subiectos etiam Societatis Iesu soluerereufantes ad quamcumque simplicem eorundem exactorum requiitionem, etiam executiue, ac quamcumque appellatione remota, auctoritate nostra procedant. Volumus autem, quòd istud subsidium respectu contributionis Cleri, Ecclesiarum, locorum piorum, ac personarum Ecclesiasticarum prædictorum Regnorum, scilicet decem, & nouem millionum prædictorum ducatorum, cum dimidio alterius millionis succedat loco quorumcumque onerum, grauaminum, & impositionum prædictorum, etiam pro militibus, & alijs quibuscumque impositorum, ac etiam loco quorumlibet aliorum subsidiorum super millionibus per foelicem recordationem Urbanum Octauum prædecessorem nostrum, aliosque prædecessores nostros hæcenus approbatorum, & concessorum, & à nobis per prædictas nostras litteras condonatorum, ita quod illorum vigore post lapsum præsentis mensis Decembris, præsentis anni M. DC. XLIII. nihil amplius à Clero, nec à quoquam Ecclesiarum, locorum piorum, & Ecclesiasticorum prædictorum exigi possit, quodque pecuniæ ex prædictis subsidijs, & gabellis, seu sisis, vt præmittitur à dictis Ecclesiasticis exigendæ, in prædictos, & non in alios vsus conuer-

4

uertantur: super quo eiusdem Maiestatis tuæ conscientiam
oneramus. Decernentes præsentis litteras, validas, firmas,
& efficaces existere, & fore, sicque, & non aliter,
quouis prætextu, ratione, vel causa per quoscumque iudices
ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici,
Auditores, sublata quacumque omnibus, & singulis cuiuscumque
status, gradus, conditionis qualitatis præminentiam, & dignitatis,
etiam Ecclesiasticæ, etiã indiuidua mentione dignis quomodolibet
in contrarium iudicandi, definiendi, interpretandique facultate,
& auctoritate iudicari, interpretari, & definiiri debere, ac irritum,
& inane, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate,
scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus
constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in generali
Concilio editis priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis
Ecclesiasticis Regnis, personis, Capitulis, Monasterijs, Conuentibus,
Collegijs, & alijs prædictis, sub quibuscumque tenoribus,
& formis, ac cum quibusvis, etiam derogatorijs, alijsque
efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibusque,
& alijs decretis in genere, vel in specie, ac alijs in contrarium
quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus
etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque
totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua,
ac de verbo ad verbum, non autẽ per clausulas generales idẽ
importates, mentio, seu queuis alia expressio habenda esset
illo rum tenoribus præsentibus, pro plene, & sufficienter
expressis habentur illis alijs in suo robore, permansuris ad
premissorum effectum, specialiter, & expressè derogamus:
cæterisque contrarijs quibuscumque. Ut autem præsentis
nostræ litteræ cum opus fuerit ad omnem notitiam facilius
deuenire possit, decernimus, vt earum exemplis, etiam
impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo
personæ alicuius in dignitate

C. B. 6000000.066215
FEV-AU-CASAS-02650

te Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides
in iudicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus ipsis ad-
hiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datæ Romæ
apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XXIII.
Decembris M.DC.XLIII. Pontificatus nostri Primo.
M. A. Maraldus.

Concuerta con su original, y en fee dello yo Francis-
co de la Torre, Notario publico Apostolico, y vno de
los Receptores de la Audiencia, y Tribunal del Ilustrissi-
mo, y Reuerendissimo señor Nuncio de su Santidad, lo
signe, y firmè rogado, y requerido. En Madrid a veinte y
vn dias del mes de Março de mil y seiscientos y cincuen-
ta años.

En testimonio ✠ de verdad.

Francisco de la Torre,
Notario Apostolico.